



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

S. Maria Angelorum in Thermis, num. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

in lib. de Stationibus statione 16. quin etiam foramen illud, ex quo oleum scaturit, polito lapide circum circa exornatum ad tanti prodigiū memoriam visitur. Nec illud silentio p̄stereundum, quoq; cum Popinarii, hoc est i, qui obsonia, coctasque carnes vendebant, hunc

**Læridius.** Tabernæ Meritoriae locum, teste Lampridio in Alexandro, agḡe ferrent, à S. Callisto, & Christianis occupari, sibiq; vendicare contenterunt; ab eodem Alexander Imperatore tamēsi Ethnico, sunt rejecti, Christiani q; locus ille adjudicatus ex rescripto, quo respondit melius esse, ut quomodocumq; illic Deus colatur, quam ut Popinarii deditur. Hæc uberioris

**Baronius.** us Baron, tom. 2, annal. ad an. 224.

Hanc Deiparæ Basilicam à S. Callisto dedicatam Gregor. III. circa annum salutis 735, teste Anastasio Bibliothecario penè è fundamentis dirutam novis fabricis cum testis construxit, ac totam depinxit, multisq; Sanctorum corporibus insignivit. Innocentius II. teste Onuphrio sub altari summo recondidit corpora SS. Pontificum Callisti, Cornelii, & Iulii Calepodii itē Presbyteri, & Quirini Episcopi, ac martyris ex cœmiterio Callisti, & Catacombis translata; & additis Indulgentiis, altare majus prope fontem olei excitatum solenni ritu consecravit. Adde S. Callistum, qui hanc Ecclesiam excitatuit, eam titulum Urbis Romæ, id est Paræciam instituisse, & ab eo titulum Callisti esse vocatum. Quin etiam inter titulos Cardinalium primo loco recenseri solitam, ceras quoq; stations ad id templum esse decretas, præterim feria quinta post Dominicam quartam Quadragesimæ, & die ipso Circumcisionis, idq; iure optimo, ut quo die sanctissimum Jesu nomen impositum est Christo, cui in Canticis c. 1. dicitur, *oleum effusum nomen tuum.* eodem ipso die statio ad illud templum instituatur, unde fons olei uberrimam Christi gratiam præsignificans largissimè effluxit.

**Gregorius IV. Pont.** Gregorius vero IV. qui sedit anno Domini 828 Monachos ibi constituit, cuius monasterii, quod B. Cornelio Papæ dedicavit, diu vestigia superfuere. Sacellum item in hac Basilica instar illius, quod in S. Maria Majore Christi Præsepio erat dicatum, magnifice extinxit, arque auro & argento exoravat. Ad lævam hujus Templi Sacellum extat Deiparæ Imagini, cui nomen est à Clementia, insignitum, quæ miraculis claruit; nam in magna cæli, atq; terræ siccitate cum populi supplicatione circumdata

pluvia copiam est elargita: ad hæc, cum magna inter eos, qui cis Tiberim, & illos, qui trans Tiberim degabant, discordia intercedet, precibus coram hac imagine ad Deiparam fusis, est sublata.

### S. MARIA ANGELORVM in Thermis.

**S. Maria Angelorum in Thermis Diocletianis in Quirinali.** Hoc templum spatii magnitudine, structæ immensitatem, & insigni forma ob amplissimæ, ac perfectæ crucis figuram in primis admirabile, ac præclarum, altissimi forniciis, & ingenti luminis claritate maximè iucundum, ac per amoenum, multorum millium martryum sudore, qui in hac ingenti mole construenda in servorum morem labore sunt coacti, sanctum, ac venerabile; memoria Deiparæ, & Angelorum, præsertim septem Principum Throno Dei altarium, quibus est dicatum, sanè inlytum, ac celebreshoc, inquit, Templum divino consilio peculiari quadam ratione extiit, atq; erectum videtur: cuius historiam in eo, quod de septem Principibus Angelorum conscripsimus opera ulterius ex.

Liber de apicata, in præfentia summatis perstringe. item Principis, & ut de ejusmodi Thermis, quod ad iem nostram facit, aliquid præmittamus. Erant ex galorum immensa sane mole, ac præcerebili amplitudine, ut Marcellinus l. 10. loquitur in modum provinciarum extructæ, quibus extundis se, pretripsos annos ad 40. Christianorum milia (quemadmodum Bartholomæus Marrianus l. 5. Topographia Urbis c. 20. & Andreas Fulvius in Thermis Diocletianis affirmant) veluti servi ascipti Thermarum operibus sunt mācipati. Cum enim ann. Christi 298. (is fuit 13. Diocletiani, quo Thermæ auctiore Eusebio in chron. ad fiduciari cœptæ sunt) eisdem Diocletiani, & Maximiani consilio omnes ubiq; posita legiones lustrarentur, qui in eisdem reperti sunt Christiani milites, exuti militia, ac vincit Romani perduci. Thermarum operi sunt ad dicti. Absolutis vero Thermis, quod eorum in gens esset numerus, ne quid in imperium molirentur, dueli extra portam trigeminam, nunc S. Pauli, tertio ab urbe lapide in convexo vallo, in loco, qui dicitur *Gutta jugiter manans* ad Aquas Salvias omnes die 9. Julii præclaro martyrio sunt coronati. Hi suete Sancti Zeno

Mariæ Angelorum in Thermis. Liber de apicata, in præfentia summatis perstringe. item Principis, & ut de ejusmodi Thermis, quod ad iem nostram facit, aliquid præmittamus. Erant ex galorum immensa sane mole, ac præcerebili amplitudine, ut Marcellinus l. 10. loquitur in modum provinciarum extructæ, quibus extundis se, pretripsos annos ad 40. Christianorum milia (quemadmodum Bartholomæus Marrianus l. 5. Topographia Urbis c. 20. & Andreas Fulvius in Thermis Diocletianis affirmant) veluti servi ascipti Thermarum operibus sunt mācipati. Cum enim ann. Christi 298. (is fuit 13. Diocletiani, quo Thermæ auctiore Eusebio in chron. ad fiduciari cœptæ sunt) eisdem Diocletiani, & Maximiani consilio omnes ubiq; posita legiones lustrarentur, qui in eisdem reperti sunt Christiani milites, exuti militia, ac vincit Romani perduci. Thermarum operi sunt ad dicti. Absolutis vero Thermis, quod eorum in gens esset numerus, ne quid in imperium molirentur, dueli extra portam trigeminam, nunc S. Pauli, tertio ab urbe lapide in convexo vallo, in loco, qui dicitur *Gutta jugiter manans* ad Aquas Salvias omnes die 9. Julii præclaro martyrio sunt coronati. Hi suete Sancti Zeno

*s. Zenonis  
Tribunus  
iū 10203.  
sacrorum  
martyrū.*  
Zeno Tribunus, ac decem millia ducenti tres socii, quorum reliquiae in proximo templo, quod B. Maria scala caeli dicitur, prope Templum SS. Vigentii, & Anastasii, de quo infra reposita visuntur, de quibus Baron. in notis ad Martyrologium die 9. Iulij, & tom. 2. Annal. ad ann. 298. qui illud etiam observat, reliquis Imperatorum Thermis collapsis, vel proptemodo diruis, Thermarum tamen Diocletiani potissimum partem, quod Christianorum labore steriles, tot secula perdurasse, & in Basilicam Dei Genitricis, & Angelorum religiose fuisse conversam. Nec illud silentio prætereundum, quo Pompejus Hugonius l. de Stationibus Urbis statione 25. scribit in lateribus è Thermarum ruinis interdum crucis signum repertum fuisse incisum, & sua ætate fuisse aliquos, qui id scilicet spectaculo testati sunt, quod aperè ostendit lateres illos non nisi à Christians ad id opus damnatis effici posuisse. Quin etiam Antonius Duca, de quo mox plura, Thermarum Architectum reperte se ait, fuisse Christianum, ideoque Thermas figura septiformi, & latissimum crucibus in superiori parte insignivisse: hinc factum est, ut locus ille pries illis Christians semper venerationi facerit: nam & in quadam Thermarum parte S. Cyriaco templum titulo Cardinalis exornatum, cuius vestigia adhuc visuntur, est cœcum, ad quod statio erat feria 2. Dominicæ in passione, sed cum præ vetustate corruisset, Sixtus IV. aucto- te Onuphrio in lib. de septem Ecclesiis, titulum & stationem ad templum SS. Quirici, & Iulii transmutavit. His igitur, quæ ad majorem Thermarum sanctitatem declarandam facere videbantur expositis, subjeciamus nunc, quarta- tione in templum Deiparae Angelorum con- versæ sint.

*Septem An-  
gelorum  
imago Pā.  
Panormi re-  
perta.*  
21. Cum Panormi celebri Urbe Siciliæ an- 1516 in quodam perverusto templo, quod S. Angeli dicebatur, septem sanctorum Angelo- ante conspectum Dei astantium. Imagines ha- bitu, & aspectu venerabiles, cum eorundem in lignis ac nominibus in pariete depictæ ca- su reperta essent; Cumq; ea occasione, magna Panormi omnium ordinum in hos 7. Angelo- rum Principes pietas esset excitata, ita ut tem- plum illud septem Angelorum nomine dice- retur, & Monialium ordinis S. Francisci de Par- la nobile cenobium ibidem exsueretur; Antonius Duca Sacerdos natione Siculus, patria Cephaludensis, vir innocentia laude conspicu-

us hujus templi septem Angelorum Panhor- mitani Rector, propagandi cultus eorundem septem Angelorum impensè sollicitus, annum Domini circiter 1527. Romam contendit, om- nesq; movit lapidem, ut Pontificis auctoritate in urbe, arce ipsa pietatis, templum aliquid in eorum honorem excitaretur, qui sœpè irrito conatu aggressus, saepe Dei instinctu repe- tito, cursu, ne difficultatibus frangeretur, que- pium hominis studium retardabant, ad opus persequendum, & promovendum divinitus est confirmatus.

Enim verò anno Domini 1541. die 7. mensis Septembri, cùm post panis, & aquæ, jejunia, & strato surgeret sacrum Missæ sacrificium obla- turus, visus est sibi intra Diocletianum Thermas esse, easq; intueri, simulq; quodam lumine sibi significari, Thermas illas templum esse septem spirituum ante Deum astantium, hujus revalationis, quam bennatio post Venetus primum, postea Romæ anno 1555. typis evulgavit, men- tio fit in eius lepulchro, quod in hoc templo extat. Eavisione maximè confirmatus cum Bartholomæo Salucio postea Montis Regalis Episcopo ad Thermas quæ, quod ab Urbis fre- quentia longius absens, ludendi locus erant, & facinorolorum hominum receptaculum, se contulit, in quarum adficio 14. veluti sacella invenit: septem quidem ex parte Orientali, qui- bus jam tum singula nomina septem Angelorum, quæ Panormi reperta sunt, singulis sa- cellis, rubris litteris, quas sœpè legimus, inscri- psit; eas sunt S. Michael, S. Gabriel, S. Raphael, S. Uriel, S. Sealtiel, S. Jehudiel & S. Barachiel: ex parte verò Occidentali septem Martyrbus, qui in S. Marcelli actis apud Surium tom. 1. in con- structione Thermarum leguntur, totidem sa- cella attribuit, eorumq; nomina iisdem sacellis inscripti; ii sunt S. Magellus Papa, S. Cyriacus, Silinius, Largus, Sinaragdus, Diaconi, S. Saturninus senex, & S. Thrasol, qui suis facul- taibus Christians in Thermis laborantes a- lebat; ejus memoria die 11. Dec. in Mariyrol. Rōm. adnotatur. Itaq; hac visione Antonius vehementer accensus majori studio Sanctoru- 7. Angelorum templum apud Paulum III. sup- pleibus libellis eidem sœpè traditis procura- bat. Tandem an. Christi 1550. Antonio id à Julio III qui in demortui Pauli III. locum successerat, enix contendente, res omnis Philippo Archinto Lituus Vicario à summo Pontifice est demandata. Is eodem Approbante Pontifice

*Antonii  
Duca visio*

*Septē An-  
gelorum  
nomina.*

Pppp decre-

*S. Maria Angelorum templum in Thermis per Antonium Ducem adificatum*

decreto sanxit, ut Diocletianae Therme in templo B. Virginis, & septem Angelorum dicantur: eodemq; decreto, (quod in Archivio PP. Carthusianorum Romæ afferatur) operis procreationem societati sanctissimæ Trinitatis commisit. Itaq; Thermae die 15 Aug. ejusdem anni per Episcopum Sebastianum in honorem S. Mariæ Angelorum, & Martyrum sunt dictæ duæ atque ibidem erectæ, & sacra quotidie celebrati cepta. Sed cum res quorundam improbitate, qui postea ultiore Deo sua temeritatis fuerunt pœnas, parum feliciter processisset; At quoq; cum ornamenti exturbata essent, neq; carum restituere darum spes esset nulla; item an. 1555 alia visione est erectus, quæ eidem significabatur divino decreto Thermas in se ptem Angelorum templum consecrandas, sed cum bello sum occasione, alijsq; de causis protracta res esset; pervicit tandem constantis animi pietas. Nam Pius IV. Pontifex Maximus anno 1560. Antonium Ducem ad se accivit, ab eoq; de visionibus, quas super ea re habuerat, admonitus, quantum etiam tot annorum labore perfecisset, edocetus, ejusmodi opus maximè pium ipse complectitur: negotium dat Michaeli Angelo Bonarota nobili in primis Architecto, templi in Thermis describendi, translatissq; illic ad curam templi è coenobio S. Crucis in Jerusalem religiosissimis Patribus Carthusianæ familie, ara lignea in medio templi excitata, temploq; pretiosissimis pontificis aulæ exornato, et quis etiam rebus, protoporis angustia ritè compositis, Pontifex ipse indi eti Cardinalium Capella die 5. Aug. 1561. presertim Cardinalibus universa Cura, & populo Rom. pontificis vestibus ornatus Thermas in honorem S. Mariæ Angelorum, solemnibus additis compunctionibus dedicavit. Factum est biacrum Pontificali ritu; quanquam in diplomate de coenobio à Monachis extruendo vocari templum B. Virginis, & omni Angelorum, & Martyrum, quod moles illa Martyrum sudore fuit. Hi verò versus absude incripti leguntur.

*Quod fuit Idolum, nunc templum est Virginis,*

*Auctor*

*Est pater ipse Pius; demones aufugite.*

Dicato templo Pontifex titulum Cardinalium attribuit, Stationemq; decrevit sabbato post tertiam Dominicam Quadragesimæ, quo die statio est ad S. Susannam, quæ in ea est vi-

cinia. Idemq; templum compluribus indulgentiis, sed praefectiis suis, quæ sunt in S. Cruce Jerusalem, ubi prius erant Patres Carthusiani, auctum esse voluit Antonius Duca semo confesus, & voti compos viro templo, quod tantopele desideraverat, totq; laboribus procuraverat, lætus ex hac vita migravit, primusq; in eo templo ad gradus altaris summi sepelitur. Onuphrius in l. de septem Ecclesiis testatur huc Thermarum dedicationi à Pio IV. factæ se interfusisse, ipsumq; Pontificem hanc Ecclesiæ misum in modum exornare constituisse, sed morte præventum id opus imperfectum reliqui sicut. Gregorius XIII. templi pavimentum sternendum curavit, ubi aliquot etiam facella magnifice exornari cepta sunt.

### S. MARIA IN PORTICU.

*S. Maria in Portico propè theatrum Marcelli.*

Hic domus erat S. Gallæ viduæ Symmachii Consulis & Patrii filiæ à Theodosio Rege Ariano interfacti; quæ teste S. Fulgentio Episcopo Rusensi in Epistola ad eandem Avo, in doto S. Patre Socero, Genere, consulibus clarissima, intra unius anni spatium marito, cui primum nupserat, est orbata, secundas vero nuptias constantissimè recusavit, ad quas eam, ut scribit S. Gregorius l. 4. Dialog. c. 13. vocabant, & opes, & ætas, & deformitas barba, quam medici propter igneum quandam corporis conspersionem nisi nuberet, emissuā eam faisse prædicabant. Itaq; divinis rebus intenta, dum pauperes duodecim quotidie prandio excipit, ejus domum Angelicis manibus delata est. De paræ filium in Image Domini ulnis soventis imago, aureis lineis in lapide pretioso zaphirino Angelorum manibus, ut pie creditur, efformata, & multa luce circumfusa, cuius splendore vehementer commora S. Joannem Pont., ejus nominis I. martyrio postea inclutum, tota de te commonefecit. Is cum ejus domum venisset, fusis ad Deum precibus, campanis nullo impulsu, sed sua sponte tota urbe concitæ pantibus, in aere suspensam Imaginem admirabundus conspicit, quæ ab Angelis in ejus est deposita manibus. Atq; ei ipso die B. Virginis beneficio, quæ tota urbe glorabatur, peftis abacta est: quare S. Gallæ in suis ipsæ diibus templum hoc Christo, ejusq; Generi eti po- S. Maria

suit, quod vulgo dicitur à Portico, propter Porticum Octaviae Marcelli matris, & Augusti fortis olimibi situm; sacra verò Imago ei ipso